

1/  
1/  
20/  
21/  
22/  
23/  
27/  
28/  
29/



1692.

18. Schwanke, Georgius: De contractu simulato.
- 19<sup>a</sup> et 2<sup>a</sup> Steuchius, 2. Philippus: De executione in bona feudalia.  
2 Sumpt. 1692: 1739.
- 20, 1, 2, 3 Sturicus, [Georgius Adamus]: De executione in effigie.  
3 Sumpt. 1692, 1699: ?
- 21, 1, 2 Sturicus, [Georgius Adamus]: De operarum locatione et  
conductione. 2 Sumpt. 1699: 1747
22. Sturicus, Georgius Adamus: De faculta legatorum adimp.  
tione.
23. Sturicus, Georgius Adamus: De relaxatione juramenti  
et effectu agentis.
- 24, 1, 2 Tilemannus, Paulus Sturicus: De eo, quod per Fren-  
um sit circa unitatem 2 Sumpt. 1692: 1753.
25. Tilemannus, Paulus Sturicus: Schedion dictationis  
brevissumi membris memorie adumbratis talem  
materiam contumaciae judicialis.
26. Wedelius, Georgius Welfgangus, Decanus Fac. med: Praepos-  
ticon inang.: De physiologia ex ceteri Solomonum

et statuæ salis (ut Disputationum Præf. Johannis Petri  
Biesteri iuvitas)

- 27<sup>a</sup>. Wildvogel, Christianus: De eo, quod justum est circa  
angelos. 2<sup>a</sup> impr. 1692: 1773.
- 28<sup>a</sup>. Wildvogel, Christianus: De decanis. 2<sup>a</sup> impr. 1692: 1779.
29. Wildvogel, Christianus: De eo, quod præbet seu quod est  
in suspensio.
30. Wildvogelius, Christianus: De prohibita magi tractatione  
cum subditis conventiones
31. Wildvogel, Christianus: De eo, quod justum est circa  
festum natiuitatis Christi . . .

7

)


719

f

hucun

ra







17  
Pra. 35 num 12

6

TRACTATIO HISTORICO-JVRIDICA

DE

EXECVTIONE

IN EFFIGIE

OLIM

IN ATHENAEO SALANO

SVB PRAESIDIO

ILLVSTRIS STRVVII,

PVBlicae DISQVISITIONI

SVBMISSA,

IAM VERO MVLTIIS LOCIS CORRECTA

ET AVCTA

AB

AVCTORE

IO. FRIDERICO GERHARDO

S. D. S. à S.

DE NOVO RECVSA.



IENAE,

LITERIS MARGGRAFIANIS.



1501

1692/20 C

(1731-1740)





PROOEMIUM.



ec Deorum, inquit Divinus Plato, nec hominum quisquam dixerit, injuste agenti non luendam poenam: Hoc enim & natura dicitur; & LL jubent, & suadet utilitas. Certe, ut male qui fecit, male ferat, rationi non tantum congruum, sed ipso etiam antiquissimo illo, & ante Rhadamanteum noto jure divino sancitum est. Non permissas, vox est supremi nostri Legislatoris, vivere maledictum super terram. Nec injuria hoc referas illud Psalmi: Lætabitur justus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatorum. Ac sanctissimo huic Dei Præcepto conformes admodum se reddidere, quamvis luce æterni verbi destituti essent, Romanorum LL Repertores, quorum circa exigendas ab improbis poenas, justitia, ut nullius non populi jura facile vincit, ita omnibus normæ, aut certe exemplo est. Jam vero necessitas poenarum, & quod sequitur utilitas tanta est, ut ausus sit Solon dicere, Rempublicam non alia re contineri, quam præmio & poena. Cic. ad Attic. Cum enim prona omnes in malum feramur, & facinora ac flagitia sine modo sint, Tac. lib. 3. Ann. quid nisi Republicæ dissolutio sequeretur, si peccandi hanc libidinem non refrenaret vindicta metus, & vitii adimeret illecebram. Ut igitur in corpore, (Cic. Philipp. VIII.) Si quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uti fecarique patimur, ut membrorum potius aliquod

quam totum corpus intereat: Sic in Reipubl. corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputandum. Nec alius est genuitus pœnarum finis, quam præcautio læsionum, quæ provenit, cum aut is, qui peccavit ita coercetur, ut non possit deinceps peccare, aut in melius emendatur, aut exemplo ejus deterrentur alii, ne flagitiis similibus inclinare se velint, atque adeo unius improbi supplicio multorum improbitas coercetur. Quem quidem ultimum finem præ cæteris semper spectarunt Legislatores; hinc conspicua fere malorum supplicia esse voluerunt, & ferali quadam in terrorem pompa instruxere: Quintiliani hæc de re pulcherrima verba jurat referre: Quoties noxios crucifigimus celeberrimæ eliguntur viæ, ubi plurimi intueri, plurimi commoveri hoc metu possent: (vel ut L. 28. §. 15. ff. de pœn. ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus) omnis enim pœna non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum. Unde & quedam supplicia videas, non alio sine inventa, quam ut monumentum publica vindictæ, ob immania scelera perpetrata ad posterum extet, in terrorem aliorum. Talis est illa EXECUTIO IN EFFIGIE, ex qua, quamvis præter ignominiam nihil in eos, in quos animadvertitur redundet, nec dici possint, per eam emendari, qui peccarunt; tamen alii exemplo & memoria punitionis monentur, ut ab ejusmodi flagitiis sibi caveant, & ab iis metu cognita pœna deterreantur. Qua de executione quedam hic evolvere atque in medium proponere mihi animus est. Tu B. L. si laudem nullam meretur levis ista scriptio, veniam saltem roganti ne abnue.

CAPUT



## CAPVT I.

*Definitionem ejusque explanationem proponit.*

### §. I.



Executionis vocabulum, quod ab *ex* equi nomen fortitur; originem Jure nostro Civili, ex vi sententiæ, quæ in rem judicatam transit, accipit. Variæ ejus acceptiones passim occurrunt, quarum potissimas, hic ut subjiciamus, non abs re erit.

(I.) Itaque, si pro rei judicatæ confirmatione accipitur, per actum judicarium eam definire solent, quo id, quod per sententiam pronunciatum, ut victori præstet, victus per judicem adigitur, *t. i. C. de execut. rei judic.* quo sine etiam in Camera executoriales de-

B

ccc-

cernuntur, teste *Gail. lib. 1. Observ. 113.* Aliter (II.)  
 usurpatur in *l. 5. pr. de oper. nov. nunciat.* Ubi per  
 executionem nunciandi potestatem denotare videtur  
*Ulpianus.* Quæstio enim ibi est: An pupillo novi  
 operis nunciationis executio competat, sive an nun-  
 ciandi potestatem habeat, quod *neg. per d. l. 5. pr. ad-*  
*hibita* tamen limitatione, nisi ad ipsius privatum com-  
 modum res pertineat, & tutor intercedat; per ea,  
 quæ habet ILLUSTRIS DOMINVS STRVVIVS, *Syn-*  
*tagm. J. C. Exercit. XXXIX. 4. vers. Ceterum.* Per  
 executionem (III.) etiam intelligitur defensio uti  
 casus habetur in *cap. Definitionis 2. Dist. 87.* quo sensu  
 etiam (IV.) solutionem pro executione accipe *l. 8. ff.*  
*de eo, quod cert. loc.* Interim non negamus, quam-  
 plurimas adhuc alias executionis species in Jure no-  
 stro reperiri, quæ tamen uti, cum jam enumeratis ni-  
 hil quicquam ad institutum nostrum faciunt; ita nec  
 animus est, iis omnibus utramque implere paginam.  
 Illa igitur (V.) denique nobis arridet, hujusque loci  
 est, quæ describitur in *l. 3. ff. de Jurisd.* quod sit pote-  
 stas gladii ad animadvertendum in facinorosos, sive est  
 potestas exequendi in criminalibus: ut eam ex *d. l.*  
 describit *Eckolt. de Jurisd. tb. 12.* Et hæc circa Execu-  
 tionis onomatologiam dixisse sufficiat.

§ II.

Remotis jam verborum ambiguitatibus, accom-  
 modamus nos ad rei ipsius tractationem & Romanæ  
 illius Eloquentiæ principis, *Ciceronis lib. 1. de off. mo-*  
 nitu

ritu a definitione incipimus, brevemque ejus deinde subjicimus explanationem.

§. III.

Definimus igitur Executionem in Effigie, quod sit poena qua animadvertimus in effigiem illorum, qui propter absentiam in corpore puniri non possunt.

§. IV.

Quid per Executionem, satis in §. præcedente r. explicatum puto, meri nimirum imperii effectum, si-ve, ut latius explicatur in *d. l. 3. ff. de Jurisd. gladii* potestatem. Gladium vero in latiori significatione accipimus, ut ita quodcunque ultimum supplicium denotet, non materialem, sed formalem, uti communiter DD. loqui amant, quatenus scilicet accipitur pro quocunque ultimo supplicio seu coërcitione graviori, qua reus plectitur *l. 70. ff. de R. I. l. 6. pr. ff. de Offic. Pro. C. Adde Scip. Gentil. de Jurisd. lib. 3. cap. 3.*

§. V.

*Animadvertendi* vocabulum explicantes, non illorum opinionem agnoscimus, qui dictum volunt, quasi animum vertat, i. e. animam a corpore segreget, sed quatenus ad animadvertere præsupponit cognitionem ac inquisitionem, quæ animadversionis antecedentia sunt *l. 2. §. 23. ff. de O. I.* ut sic executionem præcedat: cum regulariter ab executione non sit incipiendum *l. ult. §. ult. ff. quod met. causa.*

§. VI.

Dico in *Effig.* Pro effigie autem hic accipe non  
B 2 tan-

tantum picturam, quæ personam rei representat, sed quodcunque in ejus locum substituitur : quod quandoque exstructum reperimus ex lapidibus, ligno nunquam, etiam cera, ære aut pigmento confectum legimus. Atque adeo imago dicitur, *quod luto fictum, vel ære infusum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio adsimulatum est*, ut *Apulei in Apolog.* verba huc referam. Nihil igitur interesse puto, ex quacunque demum materia constet, quin & cadaver, quid aliud quam effigies hominis sunt: cum non minus sensu careant, quam lapis aut lignum, qua de re eleganter *Moschis apud Stob. Serm. 124. v. 623.*

ἐπὶ τὴν γὰρ ἡγεῖνσσαν καὶ τὰ ἡδῖω

καὶ τὴν ἀνιὰ τὴν Φεῦδου ἀέθροισι Φθαγῆ,

τὸ σῶμα κωφῶ τὰ εἰν εἰληθε πέτρα.

Postquam enim qui jucunda discernit & molesta, sensus jam interit, corpus in posterum instar est surde petrae.

§. VII.

Unicum *absentiae* vocabulum ejusque variae in jure nostro acceptiones ad definitionis majorem intellectum, explicandæ restant. Est igitur & dicitur in genere absens, qui non est in loco, in quo petitur *l. 199. ff. de V. S.* Quatuor potiora significata nobis suppledit *Glossa ad d. l. quæ ibi est 197. (I.)* Igitur ille ibi pro absente habetur, qui est extra contentia urbis, eundem jam *all. l. 199. ff. de V. S.* Aliter (II.) accipitur





pitur in materia præscriptionis uti, est *ix. in l. f. C. de præscript. tempor.* Ubi absens dicitur, qui non est in eadem provincia, & inter hos disceptari solent causæ tanquam inter absentes, & præscriptio eorum locum habet, quæ est viginti annorum. Aliter (III.) consideratur quoad stipulationem, inter absentes enim stipulatio contrahi non potest, quia vocem audire non possunt, *l. 1. ff. de v. o.* Aliter (IV.) quoad iudicium *l. 4. §. 5. ff. de damno inf. l. 19. ff. eod. Auth. sed & si quis C. de testib.* Sic etiam absens dicitur is, qui Reipubl. causa abest, *§. 2. de excusat. tut. §. 5. de act. l. 1. pr. 3. l. 3. l. 4. l. 5. l. 28. §. 3. l. 29. l. 36. ff. ex quib. caus. maj. item ob militiam l. 7. l. 28. §. ult. l. 33. §. ult. l. 34. §. seq. l. 40. l. pen. d. t. ex quib. caus. maj.* Dicitur etiam quis studiorum gratia absens *l. 28. pr. d. t. arg. Auth. Habita C. Ne filius pro patre &c.* & propter alias causas, quas si nosse desideras, adire poteris *Gadd. ad l. 199. ff. de v. s. n. 4.* Denique absentes etiam dicuntur accusati criminis alicujus rei, cujus absentia causas per Procuratorem reddere est permissum, *l. 17. ff. de procur. & defensor.* & hæc ultima demum acceptio hujus est loci, & ad nostrum institutum maxime facit. At vero planius ut rem proponamus, dispecimus absentiam cum communi Dd. Schola in *Privativam & Negativam.* Hæc describitur, quando quis contumax criminis alicujus accusatus, legitimeque citatus, se non sistit, neque per se, nec per alium tempore definito absentia suæ causas adducit. Illa est, si quis non sua culpa, sed inevitabili alia causa, intellige, si mortuus sit, &c. si-

stere se non potest. Utraque ad executionem nostram in seqq. applicanda venit.

§. VIII.

Causam igitur huic Executioni nostræ cum crebra reorum fuga dedit, qua subtrahere se pœnæ, & vitæ suæ consulere solent, tum & mors, quæ in reatu nonnunquam homines sceleratos, meritis pœnis eripit: Ne enim atrocità eorum facinora ipsis impune sint, hic animadvertendi inventus modus est, duplici fine, Primario & Secundario. Ille salus publica, quæ vult, ne delicta maneant impunita, *l. 51. in f. ff. ad L. Aquil. l. 13. pr. ff. de Off. Pras.* quamvis ratione privatæ utilitatis admodum dura scripta lex sæpissime videatur, adeo ut injustitiæ alicujus arguere eam fere possis: ratione tamen utilitatis ac salutis Reipublicæ æquissima semper est, *arg. l. 12. §. 1. ff. qui & a quib. manum. Rubr. & t. t. de usurpat. & usucap.* Et ad hunc tanquam potissimum Processus Criminales, tam Ordinarii quam Inquisitorii, nec non quæstiones & tormenta pertinent, *Vid. Carpz. Pr. Crim. Part. III. qu. 128. n. 1.* Hic autem, ut alii a simili crimine deterreantur, & pœna unius metus esset multorum *l. 1. C. ad L. Jul. repet. l. 28. §. 15. ff. de pœn. & l. 30. §. 5. eod.* Propterea enim omnes LL. constitutæ, ut quos virtutis amor a vitiis non retrahit, eos rigor coerceat disciplinæ, *cap. ut quos X. de Off. Jud.* Pœnæ etiam subdere se rei ipsi videntur, ut loqui amant *Imppp. Severus & Antonius in l. 34. ff. de Jure Fisci & l. ult. C. ad L. Jul. Maj.* Nam dum delin-



delinquent, sua voluntate se obligant poenæ; quia crimen grave non potest non esse punibile, ita, ut qui directe vult peccare, per consequentiam & poenam meriri voluerit. *H. Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 20. n. 3.*

## CAPVT II.

*Originem deducit ex Historia.*

### §. I.

Quamvis executionis nostræ imagine vestigium proprie nullum in Jure nostro extet, ausim tamen ejus originem a Romanis deducere, apud quos simile aliquid obtinuit in statu is atque insignibus, quæ in honorem præclari alicujus facinoris prius erectæ, haud raro deinde ignominia causa destruebantur. Certe Modestini etiamnum ea de re legem habemus, *l. 24. ff. de poen. Eorum, inquit, qui relegati sunt vel deportati ex causa Majestatis, statuas detrabendas scire debemus.* Et legitur elegantissima Arcadii Constitutio ad Aurelium PP. *l. 17. Cod. Th. de poen.* ubi impudentissimo Eunuchò, Eutropio, qui Principe suo diu ut pecude abusus fuerat, omnis splendor, dignitas, tituli que eripiuntur, denique statuæ quoque ejus & imagines deleri jubentur, juvat ipsi annexere Edicti verba: *Omnes statuas, omnia simulachra, tam ex ære, quam ex marmore. seu ex fucis, quam ex quacunque materia, quæ apta est effingendis, ab omnibus civitatibus, oppidis, locisque*

que privatis ac publicis, præcipimus aboleri: ne tanquam nota nostri sæculi obtutus polluat intuentium &c. Et plena exemplorum est Historia, ex qua quædam de modo animadvertendi in statuas & damnandi memoriam observo.

§. II.

Varius ille fuit: Interdum enim trahebant per urbem, Dio Cassius lib. 73. Cupiebant Senatus Populusque corpus Commodi, sicut statuas trahere & dilacerare, erasis etiam insuper titulis & inscriptionibus. De Domitiano Sueton. in ejus vita cap. 23. ita: Occisum eum, Senatus adeo letatus est, ut scælas inferri, clypeosque & imagines ejus coram detrabi, & ibidem solo affligi juberent: novissime eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decernerent. Add. Casaub. in Animadv. Berouald. Menoch. de Arbitr. Jud. Quæst. 281. n. 4. & seqq. Idem fere de Pisonis venefici statuis tradit Tacit. 3. Ann. c. 14. Simul populi ante curiam voces exaucliebantur, non temperaturos manibus, si Patrum sententias evassisset; Effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias ac divellebant, ni jussu Principis protectæ, repostæque forent. Nonnunquam etiam ad viliores usus adhibebantur, & ne quid ignominia deesset, luto inquinabantur, imo etiam in latrinas abjiciebantur, uti de priori Lamprid. in Heliogab. c. 12. Misti, qui in castris statuarum Alexandri Severi titulos luto tegeant, ut fieri solet de tyrannis, de posteriori Suetonii locum notare possis in Nerone cap. 24. subverti & unco trahi, abjicique in latrinas omnium Hieroniarum statuas & imagines imperavit.

§. III.

§. III.

Nonnunquam etiam in majorem criminis detestationem & ut eo magis etiam posteris execranda memoria tam execrandi facinoris relinqueretur, ac superstes maneret, a statua dejecta basin relinquebant. Sic enim Cic. *Verr. II. Taurominitani*, ablata Verris statua, basin tamen in foro manere voluerunt; quod gravius in istum fore putabant, si scirent homines, statuam in ejus a Taurominitanis esse dejectam, quam si nullam unquam doctam arbitrarentur, aut aliam criminis memoriam: pergit enim *ibid. Tyndaritani dejecerunt in foro & eadem de causa, equum inanem reliquerunt.* Ut vero & ipsis reis exquisitior poena evaderet & contemptus, cogebant interdum intueri statuas suas dejici illos ipsos, quorum in honorem constructae erant. Tacitus illius rei testis 3. *Hist. c. 85. Vitellium infestis mucronibus coactum modo erigere os & offerre contumeliis, nunc cadentes statuas suas, plerumque rostra & Galbae occisi locum contueri.* Et fere nullum fuit ludibrium genus, quo non afficerentur. De Maxentii statuis *Euseb. Hist. Eccl. lib. IX. cap. ult.* haec notat. *Statua etiam, quotquot in honorem illius fuerant erectae, similiter dejectae & prostratae sunt, & ludibrio & irrisu expositae omnium, qui injuria & ignominia afficere eos vellent.*

§. IV.

Quandoque in detestationem nefandi alicujus facinoris & autorum ignominiam, etiam novae statuæ eriguntur, quas vocare solent *Schand-Säulen*, de quibus plena exemplorum est historia. At vero in his

C

omni-

omnibus animadversum solummodo videmus contra criminis reos, ubi de persona delinquentis publice constat & nomen illius, in ejusmodi statuis simul notatur. Sed nostra aetas nobis aliud exemplum, idque prorsus singulare, quod ante annos aliquot in Anglia exhibitum, & ubi contra ignotos processum sitit; Neminem nempe later, nobiliorem Civitatis Londinensis, Angliæ Emporii, partem anno 1666. flammis consumptam, casum id acciderit, an dolo vicinæ nationis & machinationibus catholicæ religionis addictæ, ut credunt, non facile dixerim: Hoc certum Senatum populumque Londinensem eo in loco, ubi flamma vires primum exerere cepit, insignis altitudinis statuam, cui Romana urna imposita, sub nomine Monumenti, haut exiguis impensis, erigendam curasse, addita Inscriptio-  
ne, in qua Pontificii sive Catholici, ut omnium in hoc regno malorum, ita & hujus incendii Auctores publica declarantur; egregio sane exemplo, quo non solum nefandum facinus publice detestarentur, sed in absentium aut latitantium famam, publica infamiæ poena animadvertentes satis ostenderent criminis atrocitatem, confirmarentque jus, quod ignotos etiam plectere potest.

INSCRIPTIO MONUMENTI

INCENDII LONDINENSIS.

(In dextro latere extant.)

Anno Christi MDCLXVI. die IV. Nonas Septembres  
hinc in Orientem pedum ccc. intervallo,  
quæ

quæ est hujusce Columnæ altitudo, erupit de mediâ nocte incendium, quod vento spirante hausit etiam longinqua & partes per omnes populabundum ferebatur cum impetu & fragore incredibili xxxix.

Templa, portas, Prætorium, Ædes publicas, ptochotrophia, Scholas, Bibliothecas, Insularum magnum numerum, Domuum cccccc oooooo ccc. vicos cd. assumpsit, de xxvi. Regionibus xv. funditus delevit, alias viii. laceras & semiuistas reliquit.

Urbis cadaver ad cdxxxvi. jugera hinc ab Arce per Tamisis ripam ad Templariorum Fanum, illinc ab Euro Aquilonari Porta secundum muros ad Fossæ Fletanæ caput porrexit, adversus opes civium & fortunas infestum erga vitas innocuum, ut per omnia referret supremam illam mundi exustionem.

Velox clades fuit, exiguum tempus eandem vidit

Civitatem florentissimam & nullam:

tertio die, cum jam plane evicerat humana consilia & subsidia omnia, cœlitus, ut par est credere, jussus stetit fatalis ignis & quaquaversum elanguit.

*Sed furor Papiisticus, qui tam dira patravit,  
nondum restringitur.*

*( In sinistro latere leguntur. )*

Carolus II. Caroli Mart. F. Mag. Brit. Franc. & Hib. Rex,

Fid. D. Princeps Clementissimus,

miseratus luctuosam rerum faciem, plurima

fumantibus jamtum ruinis, in solatium Civium

& urbis suæ ornamentum providit, tributum remisit,

C 2

preces

preces Ordinis & Populi Londinensis retulit  
 ad Regni Senatam, qui continuo decrevit, uti publica  
 opera pecunia publica, ex vectigali carbonis fossilis  
 oriunda, in meliorem formam restituerentur,  
 utique Aedes Sacrae & D. Pauli Templum a fundamentis  
 omnia magnificentia extruerentur,  
 Pontes, Portae, Carceres novi fierent,  
 emundarentur Alvei, Vici ad regulam responderent,  
 Clivi complanarentur, aperirentur Angiportus,  
 Fora & Macella in areas sepositas eliminarentur;  
 ensuit etiam uti singulae Domus muris intergerinis  
 concluderentur, universae in frontem pari altitudine  
 confurgerent, omnesque parietes saxo quadrato  
 aut cocto latere solidarentur, utique nemini liceret  
 ultra septennium aedificando immorari;  
 Adhaec lites de terminis orituras lege lata praescidit;  
 adjecit quoque supplicationes annuas & ad aeternam  
 Posterorum memoriam H. C. P. C.  
 Festinatur undique, refurgit Londinum,  
 majore celeritate an splendore, incertum:  
 unum triennium absolvit, quod seculi opus credebatur.

( In tergo Columnae. )

Incepta

Richardo Ford Eqv. Praet. Lond. A. D. MDCLXXI.  
 Perducta altius Georgio Walthermann. Eqv. Praet.  
 Roberto Hanson, Eqv. Praet.  
 Gvilielmo Hooker. Eqv. Praet.  
 Roberto Viner, Eq. Pr.

Jose-



Josepho Sheldon, Eqv. Præt. Præfecto.  
 Perfecta Thoma Davies Eq. Pr. Urb. A. D. MDCLXXVII.

(Paulo inferius.)

Patientia Warde, Eq. Pr. Lond. A. D. MDCLXXXI.

(Sub hujus Prætura & superius subsignata  
 & hæc seqq. addita sunt.)

*This Pillar was sett up in perpetual remembrance of thal  
 most dreadfull Burning of this Protestans City  
 begunn and carryed on by the Treachery and Malice of the  
 Papiſts, in the beginning of September in the yeare of  
 our Lord 1666. in ordre to the carryng on their  
 horrid Plott for extirpanting the Protestant  
 Religion and old English Liberty, and  
 introducing Popery and Slavery.*

§. V.

Hæc vero ignomiæ omnes Magistratus vel Senatus Populique Decreto & judicio publico irrogabantur, Tac. lib. 6. Ann. cap. 2. de Liviæ dejectis statu: At Roma principio anni quasi recens cognitis Liviæ flagitiis & non pridem etiam punitis, atroces sententiæ dicebantur in effigies quoque & memoriam ejus. Et ut sententiæ eo major vis accederet, certus Senatorum numerus demolitioni adesse jubebatur, etiam ad majorem executionis securitatem, ne forte a plebe impediretur. Sic enim Cic. II. Verr. de statu ejus apud Centuripinos demolendis. Dum ea demolitio fieret, Senatores 30. non

C 3

minus

minus adessent, Senatus Populusque iussit. Præterea militum quoque cohortem in statuas imaginesque Imp. ac Princip. quæ in signis erant castrensibus sæviisse, tradit Tac. t. Hist. c. 41. de Galbæ imaginibus, quod & de Vitellii confirmat lib. 3. Ann. Sed cum hæc Populi magis impetu, quam vi sententiæ facta fuerint, a scopo nostro aliena quodammodo videntur.

§. VI.

Quod vero in statuis obtinuit, id quoque nobis in insignibus & armis observandum venit. Ea enim hodie obtinet consuetudo, ut scelere aliquo inquinati Heroldi sive Præconis signa dejiciant, ait Lælius l. 9. Comm. Reip. Rom. cap. 47. Fieb. de Exist. l. 13. cap. 25. n. 16. ubi num. 17. hunc morem a statuarum & imaginum dejectionibus deducit per supra alleg. l. 24. ff. de pæn. l. 5. §. ult. ad L. Jul. Maj. Modus vero circa imagines & insignia non unus fuit: (I.) enim auferebantur & adimebantur arg. l. 12. C. de Dignit. Lælius l. 4. Comm. Reip. Rom. c. 12. Tiraq. de pæn. temp. Obrecht. l. 2. de Jurisd. c. 12. n. 7. (II.) abradebantur s. detrahebantur aut corrumpebantur. d. l. 24. §. de pæn. l. 7. §. 2. de pæn. l. 7. §. 2. & 5. ff. Jurisd. Svet. in Domit. l. supr. cit. ibique Casaubonus in animadv. Beroald. & alii. (III.) Delebantur & lacerabantur. Delere autem est lituris maculare. Lacerare vero est chartas, in quibus arma sunt depicta per frustra dilaniare, abolere, i. e. abstergere, intendere, oblivisci ac perimere. Ant. Sola ad Constit. Sabaud. Rubr. de Insign. & arm. (IV.) Invertebantur. Improbis enim,

per]



perfidisque equitibus insignia invertebantur. Sic *Job. Grellius*, moderator Bacensis, bello captus, litteris, quibus spondebat Regi Carolo V. se in vinculis mansurum, voluit, si contraveniret, haberi pro falso, improbo, perfidoque equite & ad signum rei, stemma suum inverti fursum deorsum, atque ita apud omnes iudices reum peragi. *Francisc. Mennen. in delic. Ord. equestr. p. 21. & p. 36. ibi: & chypeo gentilitio inverso.* Quæ res ab imaginibus originem cœpisse videtur, quando nimium eorum imagines, qui patriam prodiderunt, pedibus appensæ & contersæ apponuntur & pinguntur *Bonif. Tr. de furt. §. Corporales n. 54.* idque potissimum fit eo casu, quando talis proditor fuit absens; tunc enim ita in tabella vel alias depingitur, ut pedes partem superiorem caput autem inferiorem teneat, cum inscriptione proditionem indicante, *Decian. Tr. Crim. l. 7. cap. 31. n. 15. & cap. 39. n. 27.* aut alio quocunque modo tollebantur. Vid. *Chassan. in Catal. glor. mund. p. 1. Confid. 38. concl. 48. n. 2. add. Gail. de Pace publ. cap. 9. n. 34. & Wehn. Pract. Obs. voc. Helm und Schild.*

§. VII.

Ceterum quin ad Romanos hæc a Græcis transierit consuetudo dubio caret, & ne prolixus sim recensendis, quæ passim obvia sunt exemplis, vel Atheniensium hoc lex confirmat, quam apud *Dion. Chrysostr.* legere licet: *Orat. 31. Illic, quando publice civium quendam ob scelus commissum mori oportet, prius illius nomen e publicis tabulis deletur. Quamobrem? Primum quidem ob hoc,*

hoc, ne qui civis sit, tale quid patiatur, sed quantum fieri possit, in peregrinorum habitus numero. Deinde etiam supplicii ipsius, puto, id non minima esse videtur pars, quod nec appellatio amplius appareat ejus, qui huc progressus est scelerum, sed omnino obscuretur.

§. VIII.

Sed & Judæi aliquam executionem in effigie etiamnum hodie habent, eamque ex ipsius Dei, ter opt. max. mandato deducere conantur, quod *Deut. 25. v. ult.* de damnanda ac tollenda Amalecitarum memoria dedit, ex verb. **Wann nun der HErr dein GOTT dich zur Ruhe bringet von allen deinen Feinden umher, ins Land, das dir der HErr dein GOTT giebet, zum Erbe einzunehmen, so solst du das Gedächtnis der Amalekiter austilgen unter den Himmel. Das vergiß nicht.** Ubi ex verbo **אמלק** quod *austilgen*, & ut Megalander Lutherus reddit *austilgen* significat, executionem istam extorquere allaborant. Hinc quoties festum, de quo in libro Esther mentio aliqua fit, & purim appellatur, celebrant, effigiem, sive etiam nomen nonnunquam Hamanni pingentes, funditus eradere, ac malleo ligneo eo usque contundere solent, donec nulla amplius, aut de pictura aut scriptura extent monumenta, vel vestigia: hocque modo Hamanni memoriam damnatam fatis ac impletum mandatum divinum a se arbitrantur. Silentio jam prætereo detestandam illorum sævitiam, quam in ipsius Salvatoris nostri effigie exercere sæpissime solent; quæ, abominanda



nanda licet ac dolenda, eorum cæcitas, id tamen efficit, ut vestigia, qualiacunque animadvertendi in effigies haud obscure inde cognosci possint.

§. IX.

Quæ vero de origine executionis nostræ & abolitæ status & insignibus ob enormia scelera diximus, ea pluribus exposuerunt *Emundus Frigelius* elegantissimo libro *de Statuis c. 37. Rævard. Conject. lib. 3. c. 16. p. 95.* quib. *add. Lips. ad L. 6. c. 2. Ann. Taciti. & Jacob. Gothofredum ad l. 17. Cod. Theod. de pæn. Theod. Hæpping. de Insignium seu armorum prisco & novo jure.* Nobis pauca hæc annotare placuit, ex quibus satis liquere putamus non plene novum hoc genus; sed veteribus etiam usurpatum aliquo modo fuisse, quamvis certam formam a consuetudine acceperit; quæ ut initio in Gallia maxime invaluit, *Wissenb. ad tit. ff. de requir. reis vel absent. damn.* ita paulatim ad alias quoque gentes migravit: unde non tantum in Italia ac Belgio frequens ejus usus, sed in ipsa etiam Germania recepta est, quod passim exempla loquuntur.

CAPVT III.

*De Crimine læsæ Majestatis humanæ.*

§. I.

Videbimus primo de Crimine læsæ Majestatis humanæ, quippe in quo puniendo hæc executio in effigie

D

gie

gio potissimum adhiberi solet. Equidem regulariter neque negative neque privative absentes accusari vel damnari possunt per *xxx. expressos* in *l. 5. ff. de pæn. pr. ff. de req. vel abs. damn. l. 6. de accusat. l. 1. C. de requir. reis*; cum solis præsumtionibus damnari videantur, contra *cap. afferte 2. X. de præsumt. & morte rei iudicium solvitur l. 10. l. 15. §. 3. ff. ad SCtum Turpill. tor. tit. C. si reus vel accus. mart.* Hinc Dd. Brocardicon in *Nov. 22. cap. 20. init.* Mors omnia solvit, de quo videatur ex professo *Sebastianus Medices, Jctus Hispan. Tr. Mors omnia solvit.*

§. II.

At vero sicut nec illud in Civilibus perpetuum, cum in *d. l. 5. & absens* damnetur, si scilicet poena aut relegatione gravior non sit, aut lis sit contestata *l. 10. ff. de publ. jud. l. 13. C. de Jud.* aut si quis *L. Cornelia* accusatus fuerit, quod spadonem fecerit *l. 4. §. ult. ff. ad L. Corn. de ficar.* aut si apparitor corruptus perfidiæ accusatus fuerit *l. 21. C. de pæn.* & actio post mortem etiam duret, ut in criminibus publicis peculatus, repetundarum, de residuis &c. *l. 20. ff. de accusat. l. ult. ff. ad L. Jul. pecul.* vel ob alias causas quam plurimas, quas vide apud *Menoeb. lib. 1. de arbitr. Jud. quest. 8. n. 139.* ita speciale quid in Criminalibus est, tam Jure Civili, quam Canonico, *Jul. Clar. §. fin. quest. 51. n. 8. vers. aliam etiam*, quod etiam in hac nostra executione contra criminis Majestatis tam divinæ quam humanæ reos obtinet, in quo non solum procedi contra absentes, sed & quod in hoc læsæ Majestatis crimine quid speciale, memo-

memoria illorum damnari potest *cap. cum contumacia de Hæret. in 6to: cap. fin. XXIV. qu. 2. §. 5. Inst. de hæred. quæ ab int. def. cap. in summa XIV. qu. 2. l. 4. C. de Hæret. Can. Si quis hæreticus. X. eod. l. fin. C. ad L. Jul. Maj. l. 20. ff. de acens. l. 68. §. 1. ff. de acquir. vel omit. hæred. §. 3. Inst. de publ. jud. Add. Tusch, præf. Concl. lit. A. Concl. 37. n. 23.*

§. III.

Idque fit per modum accusationis vel inquisitionis. Per illum seu ordinarium modum agitur, quando adversus reum propter delictum commissum processu agitur ordinario, & secundum formam & ordinem Juris proceditur, offerendo libellum, contestando litem solenni forma, & reliqua peragendo, quæ ad substantialia processus spectant. Altero modo nullo existente accusatore, Judex per viam Inquisitionis summarie & sublato, quod dicitur velo absque longo litis suffamine procedit, & ex officio adversus delinquentem inquirit, eique poenam promeritam imponit. *Carpz. Pr. Crim. Part. 3. qu. 103. n. 17. & seqq.* Hoc enim Judici officii sui ratio dicitur, ut delicta coerceat: imo in Imperio ac nostris terris ad illud adstringitur, secundum *art. 214. Ord. Crim.* Und wo der Beschädigte nicht peinlich klagen wolte, so soll dennoch die Obrigkeit den Thäter nichts desto weniger von Amts wegen rechtfertigen, und nach Gelegenheit der Person und Verfahrnung straffen lassen. Veluti etiam ab Illustri hujus Academiae Scabinatu responsum est: Daß der Inquisitional-Proceß, dadurch der Sachen am besten

D 2

und

und schleunigsten abzuheffen, zu recht beständig und zulässig, darauf auch Angeklagter alles seines Vordens ungeachtet, sich einzulassen und zu antworten schuldig. *Carpz. d. l. add. ix. notab. in l. 13. pr. ff. de off. Præs. & l. 1. pr. ff. de pen.*

§. IV.

Quicumque igitur atrocissimum hoc imminutæ Majestatis crimen commisit, ac fuga vitæ suæ consulere consilium cepit, contra illum h. m. instituitur inquisitio: Transmittitur primo in domum solitæ habitationis delinquentis monitorium, cum dimissione copiae & affixione ad valvas Curiae sistendi se in judicio, cui si non paruerit, denuo citatur; quod si vero nec huic debitam præstiterit obedientiam, ob iteratam & secundam contumaciam a Judice potestas conceditur comprehendendi illum ubicunque inveniri possit, uti de Flandriæ Consuetudine asserit *Damboud Pr. Crim. cap. 28. num. 5.* Si vero nusquam comprehendere poterit, citatur ad pœnam exilii, & confiscationis omnium bonorum; & huic nonnunquam ex gratia citatio quarta adjicitur. His omnibus observatis, proceditur contra illum tanquam contumacissimum & ipsius criminis objecti convictum, sententiaque in eum definitiva dicitur, uti per totam Italiam observari dicit ex *Gand. & Alber. Jul. Clar. §. fin. Pr. Crim. qu. 44. §. licet autem.* Idemque affirmat de Gallorum consuetudine observari, *ibid.*

§. 5.

Quandoque vero in Curis vel aliis locis publicis per-



peremptorie citatur, ac proceditur summarie ac de plano, sine strepitu ac figura iudicii, *Gudel. de Jure Noviss. l. 5. cap. 17. v. Non solum.* In illa vero peremptoria citatione monetur sub pœna confiscationis bonorum, perpetui exilii, triremium, vel ultimi supplicii personaliter comparere coram iudice, intra certum tempus (quod designatur) ad se excusandum ab hoc vel illo crimine, quod, &c. (& hic tota delicti species enumeratur) cum comminatione, si dicto termino elapso non comparuerit, & a delicto imputato se purgare ac defendere neglexerit, cum pœnas, quæ in crimen hoc, si præsens ejus convictus fuisset, ordinarie constitutæ sunt, incursum esse. *Farinac. Lib. 1. Tract. Crim. qu. XI. n. 44. pr.* Et similem fere citationem contra alios absentes narrat *Jul. Clar. §. fin. quest. 44. sed hodie.* Quo facto Juxta facultatem illum comprehendendi, ubicunque locorum possit, concedere solet: si vero neque citationi paruerit, nec comprehendendi usquam possit, pro criminis ac circumstantiarum qualitate in ipsius effigie executio consummatur, ubi insimul ipsius bona publicantur *l. ult. ff. ad L. Jul. Maj. Et. l. 5. C. eod.* quam comitatur perpetua infamia tum ipsius rei, tum liberorum ejus ac posterorum *d. l. 5.* adempta prorsus omni facultate in actibus quibusdam civilibus disponendi. In everfarum olim ad ignominiam statuarum imitationem insignia hodie gentilitia adimuntur reo. *Theodoricus, Celeberrimus olim Salanae nostræ P. P. Colleg. Crim. c. 5. apb. 6. n. 38.* Denique etiam ædes destruuntur, & in locum earum, ignominia monumentum aliquod erigitur. §. 6.

§. VI.

Et secundum hunc præscriptum modum Processum institutum legimus contra Ulefeldum, Daniæ Comitem. Is præcipua apud Christianum IV. ut gratia, ita dignitate polluit, adeo, ut non omnia modo consilia sua ipsi credere Rex, sed naturalem etiam, ex nobile quadam muliere filiam in matrimonium dare haud dubitaverit. At mox in transversum actus ambitione est, cum post Regis illius obitum summa regni frustra eo oblectante ad Fridericum III. delata, novas res moliri & per Principis caput salutem Daniæ insidiari auderet. Recens admodum rei memoria est, & longo eam ordine post alios *Erasm. Francisci Part. II. Theat. Trag. Hist. ult.* recensuit. Ad nostrum igitur institutum non nisi hæc notabimus, quod in manifesti denique Perduellionis reum, cum opportuna fuga elapsus, ac frustra diu investigatus esset, definitiva tandem sententia, miro Consilii Regii consensu, dicta sit, cujus mox in effigie consummata est executio hoc modo: ut capite dextraque amputatis, in quatuor partes reliquum corpus dissecaretur. Coniugi, liberis ac posteris Regnorum Daniæ ac Norwegiæ finibus perpetuo interdiceretur, domus insuper ejus solo æquaretur, & bona omnia Fisco addicerentur. Additum, ut clypeus atque insignia a carnifice pedibus conculcata ac spuito conspurcata Regia ejicerentur, caput in ipso Aulici Judicii aditu, quatuor vero trunci partes in vallo suspenderentur; denique in loco domicilii, ad æternam detestandi facinoris memoriam ignominia statua erigeretur.

§. VII.

§. VII.

Recentius exemplum Autor Itinerarii Germanici de Anno 1662. suppeditat in Johanne Schulenbergio, Græningensi; qui Senator primum, deinde tanquam Legatus Generalis Ordinum Græningensis Provinciæ Hagam Comitum ad Generale Fœderatorum Concilium ablegatus, Majestatis criminis reus, cum lite jam contestata & ipse vestes muliebres indutus, fuga ad Episcopum Monasteriensem (cujus deinde secretorum arbiter fuit,) elapsus esset, hanc etiam executionis in effigie ignominiam subiit, postquam a Fiscalibus, qui ad id a deputatis constituti erant, sequentium criminum convictus esset: (I.) Quod jam tum Anno 1657. tumultum Græningæ excitaverit, in quo Consul *Jaffens* ædes prædæ populi fuerunt expositæ. (II.) Quod pecuniam publicam (nempe 4577. fl.) in militiam Brasilanam destinatam, per quinquennium in suos usus converterit, quam deinde Anno 1662. d. 7. Mart. restituere coactus sit. (III.) Quod in Tractatu Pacis cum Portugallis Anno 1661. d. 25. Aug. excefferit mandati fines, neglexerit interesse Provinciæ, damnosas condiciones inerit. (IV.) Quod in provinciæ Ordines famosum libellum ediderit. (V.) Quod iterato elapsus sit ad seditiosa consilia cum ædilib. **Der Achtyr Gilden**, & noctu & interdium conventicula celebraverit. Fulse rem narrat citatus Auctor.

§. VIII.

Nec ignotam esse arbitror eam, quæ anno hujus seculi 54. in Gallia contra Perduellem Principem Condæum.

dæum lata est sententia, cum trina citatione ad dicendam causam evocato, nec usquam se sistenti, nihilominus ut convicto, talis irrogata pœna est, ut Regia familia ejiceretur, ademptisque Bourboniæ Gentis insignibus ac titulis, bona ejus Fisco applicarentur, ipse vero supplicium sentiret in effigie, cujus sententiæ executio d. 10. Sept. ejusdem anni, consueto loco, quem *a la Greve* dicunt, secuta est, idemque pœnæ genus tulere complices ejus atque adjuutores, qua re pluribus videri potest *Theatri Europæi Vol. IIX. p. 590. & seqq.*

§. IX.

His omnibus addere poteris, quam ante annos aliquot Elector Brandenburgicus contra Ministrum suum publicum, tulit sententiam. Hic enim, cum ad M. Britanniæ Regem, ut ibi de Principis sui salute quid ageret, missus fuisset, neglecta, qua Electori obstrictus erat fide, alienum & diversum, Suecorum puta, interesse amplecti, haud dubitavit. Itaque alienæ jurisdictioni subjectus, cum prehendi non facile posset, contra eum quamvis absentem, attamen ut criminis perduellionis convictum procedere ac nomen ipsius vel effigiem ad patibulum affigere jussit Elector, ut, quam propter absentiam in corpore luere non poterat pœnam, saltem in effigie sentiret. *Vid. Vik. Tr. Memoires touchant les Ambassad. p. m. 518.* Et sane etiamnum certi cujusdam Consiliarii effigiem patibulo affixam in aula Ducis Sa-L. extare; inde venientes affirmant.

§. X.

Et hæc de executione in negative absentes in  
pri-

privative absentes, qui vel morte naturali poenæ corporali subtrahuntur, vel ante litis finem violentas sibi manus intulere, pari modo animadvertitur. Cujus rei quasi primum exemplum sisto, execrandum illum Regis sui parricidam, seculi hujus propudium Cromwellium, qui quamvis raro Tyrannorum exitu ad generum Cereris, sine cæde & sanguine, ut Poëtæ verbis utar, ac sicca morte descenderit, post ipsum tamen fatum suum justissimas effusi Regii sanguinis poenas dedit, cum patrio Regno redditus Carolus II. in cadaver ejus hoc modo animadverti jussit, ut terra erutum de patibulo suspenderetur, mox circa solis occasum, iterum detractum, capite truncaretur, illoque in palum imposito, reliqua ossa ad pedem patibuli inhumata relinquerentur, de quo late *Pbil. Zefus Tract.* qui inscribitur: **Die verschmähete doch wieder erhöhete Majestät.** p. 422. & 423. Integrum vere processum contra sanctissimæ memoriæ Britannicæ Regem, qui desiderat, adire potest *tract.* Anglico Idiome conscriptum. *The proceedings of the Reigh Court of Justice With Charls Stuart, late King of England.* Caput quoque Cromwellis in summa ædium, quas Parlamenti vocant parte impositum, etiamnum hodie apparet; imo & illorum, qui tanto, facinori subscribere, capita, palis infixæ turricæ, quæ Londinensi inhæret ponti, quem non immerito octavum miraculum dicere possis, imposita, oculis exposita omnium, qui tam nefandæ memoriæ monumenta videre cupiunt. Illorum ego, cum in Anglia essem, viginti quinque numeravi.



## §. XI.

Aliud nobis exemplum, idque insigne suppeditat Gallicarum rerum scriptor, qui vel solus in sua Historia, affectibus caruit, *Thuanus*, quando *lib. 53.* sententiam contra *Colinium*, post caedem illius in laniena Parisiensi passam, quamvis injuste latam, recenset. Placet ejus verba apponere: *Tandem VI. Kal. IXbr. (Anno 1572.)* horrenda inquit, contra *Colinium mortuum* fertur sententia, qua tanquam *Majestatis reus*, *pacis & tranquillitatis publicae hostis*, & *initia adversus Regem conspirationis auctor & instigator damnatur*, *bonis omnibus fisco addictis*, ejus memoria infamatur, nomen in perpetuum aboletur, decerniturque ut corpus illius, si uspiam inveniri posset, aut si minus, imago crati imposita, a carnifice per urbis vias raptetur, & in ripensi foro ad patibulum suspendatur, atque inde ad *Monfalconias furcas* editiore loco transferatur, ut insignia ad caudas equorum alligata, iidem in sempiternae ignominiae testimonium per urbes raptentur, & ubicunque locorum toto regno in ejus honorem erecta & ad decus affixa, comperientur, a carnifice publice confringantur & lacerentur. Statuae item ejusdem & imagines ubique concerpantur & aboleantur, aedes illius primariae castellione ad *Lupam* solo aequentur, nec ibi fas sit unquam aedificium instaurare, arbores in illius sepro ad mediam altitudinem caedantur, solum sale conspergatur, & in media area columna statuatur, cum lamina aerea, cui *SCt.* hoc inscribatur, cum illius liberi ignobiles & intestabiles pronuncientur, & indigni, qui publicis muneribus fungantur, aut ullis bonis in Gallia fruantur, iis, si quae possidere comperiantur, in fiscum redactis.

## §. XII.

§. XII.

Cæterum non possum non, quin Tibi B. L. exhibeam singularem liquam executionis rationem, quæ adhuc hodie durat, & ut credo, durabit usque ad diem reconciliationis Anglicæ nationis cum Pontifice Romano. Execrandam puto illam conjurationem contra ter maximum, ut verbis *Barclaji* utar, Regem Regnumque Britannia. Historia admodum proluxa; paucis tamen exponere necessitatis duco. Erat ex Satellitibus Jacobi Regis nobilioribus, pensionarios illos vocant, de quorum institutione & officio vid. *The Pref. State of England pag. m. 181.*) quidam nomine *Thomas Percius*, maxime & naturæ jure & beneficiis Regi devinctus. Sed ecce superstitionis singularem effectum! Hic Pontificiorum præprimis consiliis instigatus, sed & ipse pontificius erat, cum conjurationis suæ ministro, *Guido Faux* ipsi, nomen erat, consilium capit, Regem, Regnique Proceres omnes, *Lords* eos appellant, in ipsis Comitiorum diebus, ubi de salute patriæ quotannis cognoscere solent, sulphurei ponderis potestati ac furori tradere. Dolia triginta duo in inferiori ædium Parlamenti parte detruferat, in quibus selectissimi pulveris pondo pæne millia novem, horum impetu tolli posse omnes credebat, sicque facillimum fore Rom. Pontifici, ut infelicissimam suam patriam, capite destitutam sub Romanæ fidei jugum redigeret. Sed avertit Deus ter O. M. tot innocentium calamitates benignissime. Ad historiam illud saltem dicere sufficiet, quod demum revelato divinitus crimine maxima reo-

rum pars capta, & paulo post sententia definitiva in eos dicta fuerit, quam videre licet apud *Gotbafredum in der Historifchen Chronike*, sub Anno Chrifti 1605. & *Barclajum* in fingulari tractatu, quem infcripsit, *Seriem patefacti divinitus, parricidii in ter max. Regem Regnumque Britannie, cogitati & instructi Nonis IXbr. 1605.* Sed illud in primis ad nostrum institutum pertinet, quod adhuc hodie dies ille 15. Nov. Anglicano populo sacer, cum illum non tantum totum precibus ac gratiarum actionibus dare, sed & post solis occasum omnes plateas, ignibus implere solent, quibus Romanum Pontificem, aut ex ligno aut stramine aut alia combustibili materia confectum, imponunt: sicque memoriam tam detestandi facti damnare magisque execrabilem reddere volunt.

§. XIII.

Sed & nostris etiam in terris, hanc executionem in effigie accidisse, memorat *B. Dn. D. Romanus, Prof. olim Lipsensium celeberrimus in Praelect. ad rubr. de foro compet.* idque Mauritiū Electoris Saxoniae notabili exemplo confirmat, qui quendam eo, quod unum ex satellibus suis occiderat, exhumari iterum, & ignibus ustulari iussit.

CAPVT IV.

*De Crimine laesae Majestatis divinae, b. e. haeresi.*

§. I.

Ufurpatur etiam executio nostra in effigie, in crimine haereseos puniendo, quod atrocitate sua etiam laesae Majestatis humanae crimen superat: Longe enim gra-





gravius est æternam quam temporalem offendere Majestatem *Auth. Gazaros C. de Hæret.* quanto enim dignior etiam inter homines est persona, in quam peccatur, tanto gravius peccantis delictum est. *cap. i. X. de Calumn.* & quo gravius delictum, eo etiam majori pœna animadvertendum, ita tamen, ut neque durius id, neque remissius fiat, quam causa expostulat *l. 11. pr. ff. de pœn.* Pœna enim semper compensurari debet delicto *l. 4. §. i. de incendio, ruina, naufragio &c. cap. Felices de pœn. in 6to.* Quid igitur proprie hæresis, quæ ejus requisita, sedulo investigabimus. Proprie autem hæreticus ille dicitur, qui pertinaciter in articulis fidei errat *Theodor. Coll. Crim. Disp. V. th. 9.* Adeoque non omnis error hæresin constituit; ad hæresin enim proprie dictam requiritur, ut scienter quis erret, & in errore suo sit pertinax, per ea, quæ habet *Jul. Clar. Lib. 5. sentent. §. Hæresis vers.* Ad hoc autem, ubi etiam tertio loco addit, quod baptizatus esse debeat, cum neque Judæi, nec Pagani & Mahumetani hæretici dici possint *d. l. quibus addere poteris Carpz. Prax. Crim. Part. 1. qu. 44. n. 4.* In his igitur, quicumque & quo gravius in Ecclesiæ gremio errat, ac errori suo inhærendo majus scandalum præbet, eo severius a Magistratu coercendus est; diligenter enim prospici debet, ut sincerum divini cultus exercitium vigeat, nec per Pseudopphetas corrumpatur vel invertatur, sed hæreses extirpentur. *B. Arus loco de Magistratu Polit. num. 317.*

§. II.

Quod si igitur conjuncta fuerit hæresis cum blas-

iphemia, aliisque similibus criminibus, unde turbæ excitari solent, quales Donatistas fuisse legimus, & qui in dissentientes sævierunt, ibi eos ut maximi hæreseos criminis reos, omnino e medio tollere, & ultimo supplicio afficere, non fas modo, sed necesse est. Hæreticum ejusmodi igni tradendum nostri quoque Dd. afferunt: unde *Carpz. loc. sup. cit.* duo subjungit præjudicia; prius ad Consultationem Quæstoris Torgensis, Mensæ Julio Ao. 1574. ubi ita concludit: **Auf den Fall möchte er, von wegen solcher seiner gefastten Halsstarrigkeit, Kegerischen Irthümern und Lasterungen, Vermöge der Rechte und üblichen Gebrauch nach mit dem Feuer vom Leben zum Tode gebracht werden.** Et addit, quod in his criminibus perpetuum, und würden darüber noch seine Güter von der weltlichen hohen Obrigkeit billig publiciret und eingezogen **B. N. W.** Posterius vero ad Moguntinorum & Saxoniorum Præfectorum Electoralium Consultationem Mensæ Octobr. Anno 1583. ubi sub finem hæc habet: **So möchte er Vermöge der gemeinen Kayserlichen Rechte und des hiebevör gesprochenen Urtheils vom Leben zum Tode, und üblichen Gebrauch nach, mit dem Feuer gestraffet werden. B. N. W.**

§. III.

Obtinet etiam hic executio nostrain effigie. Cum enim ejusmodi criminis reus, debitis suppliciis fuga se eripit, & postmodum legitime citatus, coram judice se sistere, ac de iis, quæ in materia fidei ei objiciuntur, respondere ac purgare se recusat, contra illum proceditur

ditur tanquam contumacissimum & hæreseos criminis convictum, & sententia definitiva in ipsius effigie consummatur, ut exemplum extat apud *Thuld.* s. in *Tr. qui ad ipsius Historiæ part. 4. pertinet p. 317. & 318.* ubi in recensenda Borri condemnatione inter alia hæc notat: *Invocato &c. - Nos hac sententia nostra definitiva - - edicimus, pronunciamus, definimus & declaramus memoratum Josephum Franciscum Borri, ob supra dictas causas, puniri debere tanquam hæreticum - - &c. & paulo post - Ad cujus rei executionem, privamus eum omni honore & prerogativa, excludimus ex foro nostro ecclesiastico & sancta nostra immaculata ecclesia, cujus ille misericordia se reddidit indignum, atque in detestationem ejus delicti, permittimus effigiem ejus domino Cardinali gubernatori vel ejus locum tenenti criminali hic presenti, ut in ea exequatur supplicia debita, mandantes &c. quod factam Anno 1659. Ipsius hæreseos articulos omnes ac singulos vide apud *cit. Aut.**

§. IV.

Quod si vero ante latam sententiam decedit, aut etiam post mortem demum hæresis ejus vel per relicta scripta, vel quocunque alio modo cognita fuerit ac manifestata, quatuor potissimum modis in eam animadvertitur. (1.) Memoræ damnatione *cap. si quis Episcop. & l. 23. C. de Episcop. & Cler.* (2.) Excommunicatione, quæ etiam si in mortuo non opus sit, propter criminis tamen maximam detestationem infertur, quo ceteri terribile hoc Ecclesiæ judicium audientes, similia committere contremiscant. *Cap. in summa 24. que est. 2.*  
(3.) Bo-

(3.) Bonorum confiscatione, *Cap. cum a nobis de prescript.*  
 (4.) Denique cadaver exhumatur, ut scilicet sepultura careat ecclesiastica; nam sicut ea privari debuisset, si vivus remansisset, *cap. 2. de heret. in 6to.* ita & mortuus ea carere debet *Cap. Sacris X. de sepult.* & ossa ejus concremantur, vel si hæc, tanquam de absente haberi non possint, comburitur effigies illius: & ita Patavii factum asserit *Zwingerus in Method. Apoth.* ibi enim cum Petrus Aponensis, Constantini Notarii filius, ex vico Aponi, conciliator dictus, Medicus & Mathematicus ceteroquin insignis, post mortem hæreseos & Magiæ nomine accusatus ab æmulis esset, & ab inquisitoribus sententia diceretur de concremando ejus cadavere, Marieta concubina noctu illud abstulit, & ex aede D. Antonini, ubi sepultum fuerat, in D. Petri templum transportavit, ibique in fracto quodam monumento abscondidit. At nihilominus effigies ejus cum libris exulta est, quamvis innocentem eum fuisse ferant alii, in primis, qui prolixè hujus Petri Aponensis vitam describit, *Bernhardus Scardeonius de Clar. Viris Patavinis Lib. II. Class. 9.*

§. V.

Alium executionis modum, contra Celeberrimum Archi Episcopum Spalatensem, Marcum Antonium de Dominis, tanquam læsæ Majestatis divinæ s. hæreseos reum, observatum legimus apud *Job. Merken.* in libro suo historico, quem inscripsit: *Theatr. Trag. illust. Viror. nostr. temp. Historia XXXII.* placet ipsa sententiæ condemnatoriæ apponere verba: **Erstlich wurde**  
**de**



de des Marci Antonii de Dominis, Erz-Bischoffs von Spalare Bildnis, auf einen hohen und weit aussehenden Platz gestellet, und öffentlich zum Anschauen gesetzt, das er von einen jedweden angesehen und erkennet werden möchte, und darnach wurde seine Rechtfertigung und Urtheil öffentlich abgelesen. Als dieses verrichtet, wurden die Bildnis, Bücher, Schrifften und der todte Leichnam des Verurtheilten, also gleich, wie er im Grabe war, der weltlichen Obrigkeit übergeben, und auf ihrem Befehl, in Blumen-Feide verbrandt, und die Asche durch den Scharfrichter in den Wind gestreuet.

§. VI.

Hanc nostram executionem quoque usu venire in Hispania, dicit *Ant. Gometz. Variar. Resolut. tom. 3. tit. de delictis cap. i. num. 79.* & quamvis de imagine Jure ita procedi in dubium vocare velit *Quindisal. Traß. de hæret. qu. 22. num. 4.* Consuetudinem tamen istam rationi non adversari & ob criminis illius detestationem & odium æquissimam esse, affirmat ipse, *d. tr. n. 5.* Nec satis video, cur de imagine dubitari debeat, cum in contrarium exempla extent, & in ossa h. m. animadverti, æquissimum moratioris Gentes censeant, de Hispania vid. *Gometz. d. l. de Gallis testis est J. Clar. lib. 5. Sentent. §. Hæresis. vers. Idem de crimine, ubi: Et sciat, inquit, quod de consuetudine Regni Franciæ corpus illius, qui post mortem damnatur de hæresi, relinquitur brachio seculari & per brachium seculare comburitur.* Sic Almarici Carnotensis, quod Albigensum hæresi adhæ-

F  
rebat,

rebat, ossa ex humata & combusta jussu Philippi Augusti Regis Franciæ fuisse, tradit *Illustris Dn. Job. Strauchius, in Amen. Jur. Canon. Eccl. t. c. ult. circa fin.* cujus rei meminit *Platina, in Innocentio III. Matthæus Paris. in Henrico II. Job. Wolfsius Lectio. Memorab. Cent. XII.* Sic quoque ducentis annis post mortem damnatus est Origines, teste *Socrate lib. 6. cap. 15.* In Concilio quoque Generali V. in quæstionem deductum esse, narrat *Evangrius lib. 4. cap. 37.* Effetne mortuis denuntiandum anathema? Et Eutichium id affirmasse, exemplo Josiæ Regis, quem non modo superstites sacerdotes Idololatrios e medio sustulisse, sed etiam defunctorum cineres effodisse constat ex *2. Reg. 23. vers. 16. & 20. Adde l. 4. & 8. C. de hæret. l. 2. C. de Apostat. Vid. Farinac. de Hæres. Quæst. 197. n. 37. & seqq. Molin. Tr. III. de J. & J. Disp. 43. n. 2. v. 2.* Alius vero id ab humanitate alienum videtur. *Brunnem. in d. l. 4. C. de hæret. Consul. Can. sane 3. Can. 24. qu. 2.* Libri tamen & errores hæreticorum, etim post mortem eorum, merito damnantur *Can. 2. init. verb. Damnamus & refutamus de Summ. trinit. & fid. Cathol.*

§. VII.

Ceterum non solum contra inferioris conditionis homines, sed & ipsum Pontificem inquiri h. m. & procedi per Concilium posse, tradunt *cap. si Papa. 6. Dist. 40. ibique Glossa. Valde enim absurdum esset, inquit Tiberius Decian. Tr. Crim. lib. 5. cap. 40. num. 15. & periculosum, si vera fides, que in tota Republica Christiana, omnibusque membris requiritur, in capite non reperiretur.*  
*Can.*

*Can. miramur* §. *Dist. 61.* & ad ipsum accidisse memorat Hermanno Pontifici, cujus corpus apud Ferrarienses jam 20. annis pro sancto cultum, exhumari & comburi mandarunt, eo, quod diligenti habita inquisitione repertum, eum fuisse hæreticum *d. lib. 5. cap. 57. num. 5.* quod memorat Platina in vita Bonifacii VIII. eodemque modo Ledenbergii cadaver, ob hæresin Arminianorum, cum voluntaria morte damnationem & meritos cruciatus effugisset, loculo inclusum ac è furca suspensum fuisse dicit *Brach. Histor. N. T. Lib. I. pag. 27. & 28.* ubi ad maginem citat *Laur. Austr. l. 2. fol. 114. & Myra de Bello Bobam. fol. 30.*

§. VIII.

Cum igitur, ut jam dictum, in ossa hoc modo animadversum fuerit, multo magis hæc nostra executio in effigie locum habebit. Carolum V. Regno abdicato, maxime circa Religionis controversias occupatum fuisse, imo in mortis agone parum a Protestantium doctrina abfuisse, multi contendunt. Inter secretiores ipsi erant Confessionarius ejus D. Cacalla & Constantius Poncius, Pontificiis circa Religionem valde suspecti; augebat illam suspicionem testamentum pientissimæ memoriæ Imperatoris. Cum enim in ea nihil legavisset ad pias causas, nec ad preces pro eo post mortem fundendas, nec simile quicquam, Inquisitionis, ut vocant, Consilium fati sibi argumentum id esse credebat, contra jam nominatos fideissimos Imperatoris ministros, tanquam hæreseos suspectos, mox ut convictos procedere. Cum enim Hispaniarum Rex

tam iniquo consilio se opponere non auderet, res paucis eo redacta est, ut supra dictus D. Cacalla vivus, & cum eo effigies Poncii, jam ante dies aliquot in custodia defuncti, comburerentur, ut post *Thuan.* aliosque habet Autor libelli cujusdam, cui titulus *Dom. Carolos, Nouvelle Historique p. m. 61.*

§. IX.

Ceterum non possum, quin hic memorem mirificum illud ignominiae genus, quo haeticorum statuas affecere veteres. Nam Byzantii in publicis latrinis haeticorum statuas antesignani ex marmore sculpti, humi jacuerunt: ut in abominanda capita ventris onera plebs legeret: Sic annales Constantinopolitani: eo in loco, ubi Arius detestandam mortem subiit, a piissima Theodosio sculptus est ex marmore, humi haerens, & una cum illo Macedonius Sabellius, & Eunomius, ut praeteruentes sputis, urina, ac stercore eos deturparent, quin imo & *Job. a Rojas. singular. 134. num. 10.* effigiem ac statuam rei pari passu ambulare ait, ubi tum statuam defuncti haetici, seu effigiem comburendas dicit. Formam ac modum sententiae hujus definitivae amplum satis cupienti exhibet *Decian. Tr. Crim. Lib. 7. cap. 57. num. 7.* ad quem etiam brevitatis studio

B. L. remitto.

CAPUT



CAPVT V.

*De Executione in Scripta & Libros.*

§. I.

Quod vero *Job. de Rojas* de statu & effigiebus asserere licuit, id forsitan nemo mihi vitio verterit de hæreticorum scriptis ac libris affirmare: cum enim in iis vivere, ac famam ac memoriam per eos ad posteros propagare dicantur, rationi haud inconueniens est, per eosdem memoriam illorum aboleri ac damnari: quod, ut multis exemplis liquet ex *Historia*, ita *LL.* quoque expressum est: puta in *l. 6. C. de hæret.* ubi *Theod. & Valent. Impp.* Nestorii libros, nec habere, aut legere aut describere quisquam audeat, sancte prohibent, sed diligenti studio requirendos, ac publice comburendos decernunt: *ut nemo in religionis disputatione eorum aliquam faciat mentionem.*

§. II.

Sic Eunomianorum seu Montanistarum Codices, scelerum omnium materiam & doctrinam continentes, summa sagacitate conquiri, & sub aspectibus iudicantium incendio cremari iubet *Arcadius l. 34. Cod. Theod. de hæret.* & nota est illa *Theodosii junioris Constitutio*, quo impios libros nefandi sacrilegii Nestorii, adversus Decreta sanctissimi cœtus Antistitum Ephesi habiti, scriptos, publice comburi decernit *l. 6. C. de hæret.* Idque non tantum ipsorum Patrum Ephesinorum

rum invitatione , ut docet Epistola Synodalis Cyrilli prima ad ipsummet Theodosium , sed exemplo Constantini , qui similiter lege lata iussit Arii ejusque Sectatorum scripta igne absumi , quæ Constantini M. Lex gemina plane *d. l. 6.* extat apud *Socratem lib. I. c. 6.* nec piget ipsi ejus verba annectere ; quin etiam si quod opus ab Ario scriptum reperiatur , illud cremandum esse , ut non modo execrabilis ejus doctrina funditus tollatur , sed etiam nullum monumentum ejusdem omnino relinquantur ad posteritatem . Sed & idem Theodosius omnes eorum scriptiones , quæ non per omnia ac præcise congruunt orthodoxæ fidei Synodi Nicaenæ ac Ephesinæ , atque adeo in specie iterum Nestorii portentose illius superstitionis Autoris , flammis subjici constituit . *l. 3. C. de Summa Trinit.*

§. III.

Extat enim *Valentiniani & Marciani* Edictum , quo omnes chartæ ac libri , contra venerabilem Chalcedonensem Synodum editi , ac inprimis , qui funestum Eutychetis & Apollinaris complexi fuerint dogma , incendio concremari volunt , ut facinorosæ perversitatis vestigia flammis depereant , & immanissima sacrilegia par poena magnitudo percellat *l. 8. C. de heret.* idemque supplicii genus Manichæicis libris minatur *l. 16. C. eod.* & Codicibus Severi , ut profanis & alienis ab Ecclesia Catholica *Nov. 42. cap. 1. §. 2. inf.* ipsosque adeo talium librorum occultatores severissime puniri ac capite plecti passim *d. ll.* videas .

§. IV.

Plura etiam hac de re exempla possem afferre ex Historia, & illud imprimis Tiberii decretum contra Eutychii librum, quem Gregorius hæreseos nomine convicerat, ut ipse testatur *lib. 14. Moral. cap. 32.* sed ea jam aliorum congestit diligentia. Hoc opere est annotare, antiquioribus etiam temporibus illam in scripta ejusmodi executionem usurpatam fuisse, quod vel Prothigoræ scripta testantur, quæ & ipsa igne combusta, quod *Philosfr. tradit in Sophist.* idque Atheniensium Decreto factum esse *Cic. lib. 1. de Nat. Deor.* perhibet.

§. V.

Et in genere solennis omnium improbatæ lectionis librorum mors ignis. De Magicis libris videatur *l. ult. C. Theod. de Malef. & Mathem.* & ante illum Diocletiani Constitutio *Cod. Greg. lib. XII.* Sic Augustus in Pontificatu, quicquam fatidicorum librorum Græci latinique generis, nullis vel parum idoneis Autoribus vulgo ferebatur, supra 2000. contractas undique, cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi, *Suet. cap. 31. adde Livium lib. 40. Tacit. in Agric. Lucian. in Pseudom. Laët. de Ira cap. 9. & vide Alber. Gent. ad l. 8. C. de Malef. & Mathem. Jacob. Gotthofredum, ad l. 34. & ult. C. Theod. de hæret.*

CAPUT

## CAPVT VI.

## De Famosis Libellis.

## §. I.

Quam inuisum semper & dete stabile famosorum libellorum crimen fuerit, utpote quibus famæ hominis, quæ cum vita pari passu ambulat *l. 9. ff. de manum. vind.* injuria infertur, vel ex *unica lege C. de famos. libell.* satis apparet; cum non tantum in compositores illorum, sed & eos, qui inventos in publicum divulgant, pœnam constituerit capitalem. Est autem famosus libellus injuria, qua alicui, quid ad infamiam ejus pertinet seu notabile crimen, scripto aut alio modo singulari objicitur, *Illustr. Dn. Struvius Syntagm. Jur. Civ. Exercit. XLVIII. th. 66.*

## §. II.

Pœna autem in *d. l. un.* capitalis, an semper de ultimo supplicio intelligenda, disputatur inter Dd. sed utriusque partis sententia suo stat talo. Ultimum nimirum supplicium constitutum in *d. l. un.* si objectum crimen & scelus tale est, ut mortis pœnam meretur, justo modo manifestatum & probatum fuisset, secus in levi alio crimine. Talionis enim pœna locum sibi hic vendicat, & ad ejus normam statutorum quoque sanctiones se composuisse videntur; quorum æquitatem partim LL. veteres *Levit. 19. & L. ult. ff. de calumn.*  
par-

partim & exempla, in quibus hoc modo decisum, optime probant. Sic talionis poena habetur in *Constitut. Cr. Caroli V. art. no.* Welcher jemand durch Schmähschriften, zu Latein Liber famosus genannt, die er ausbreitet, und sich nach Ordnung der Rechte, mit seinen rechten Tausf- und Zunahmen nicht unterschreibet, unrechtlicher, unschuldiger Weise, Laster und Uebel zumisset, wie die mit Wahrheit erfunden würden, daß der geschmähete, an seinem Leib oder Ehren peinlich gestrafft werden möchte, derselbe böshafftige Lasterer, soll nach Erfindung solcher Uebeltthat, als die Rechte sagen, mit der Pön, in welche er den unschuldig geschmähten, durch seine böse unwarhaffte Laster-Schrift hat bringen wollen, gestraffet werden :cum qua etiam concordat Electoris Sax. Constitutio 433. §. Bey diesen allgemeinen Rechten. Eique subscribit Statutum Hamburgensis Civitatis L. 4. A. 7. Der eine Schmähschrift, ohn seinen Namen und Zunahmen aussprenget, und damit andere in ihrer Unschuld, an ihren Ehren und guten Nahmen bößlich verleumdet, der soll der Pön und Straffe, deren er den andern schuldig zu machen vermeynet, an sich selbst zu gewarten haben. Et ita pronunciatum quoque fuit contra H. S. zu Quedlinburg. *Mense Augusti 1617. cujus decisionem videre poteris apud Carpz. I. R. F. S. Part. 4. Constit. 44. Def. 1. n. 13. & contra H. B. zu Meissen. Mense Jan. 1596. Id. Pr. Crim. Part. II. quest. 18. n. 16.*

G

§. III.

## §. III.

Enim vero, cum, ob hunc LL. justissimum rigorem, plerumque ex occulto grassentur, nec ita facile se manifestent autores famosorum, sed potius diligentissimam plerumque inquisitionem eludant, reperitur est, ut in terrorem aliorum, & quo digna factum tam indignum comitetur ignominia, libelli comburantur: idque cum veteribus usurpatum, tum hodiernorum etiam Judiciorum more comprobatur est.

## §. IV.

De Augusti ævo, quo immane quantum perditorum ejusmodi hominum, qui aliorum facta, moresque ex occulto calumniosissimis scriptis lacerabant, licentia excreverat, *Dio* memoriæ prodit, eum inquisitione per singulorum locorum Præfectos instituta, famosos libellos undique erutos *Ædilibus* concremandos dedisse. Quamvis & interdum, ubi minus atrox objectum crimen esset, cognito auctore, nec capit illi poena affecto, igne nihilominus abolerentur execrabilia ejusmodi scripta. Ita *Nero* *Vejentoni* libros, in quibus multa & probrosa in *Patres* ac *Sacerdotes* scripta erant, igni tradi iussit, *Vejentone* Italia pulso. *Tacit. lib. 14. Ann. cap. 50.*

## §. V.

Quod hodiernorum judiciorum consuetudinem attinet, non unum ejus rei exemplum tempora nostra suppeditant. Notabilis admodum processus est, qui

qui ante aliquot annos institutus contra autorem incertum famosi scripti in D. Capellum emissi, uti apparet ex scriptis ea in causa, una cum Apologia hic loci typis excusis, ex quibus pauca ad rem observo. Duo contra Capellum famosi scripta prodierant, quorum prioris inscriptio: ALITOPHILUS, alterius RUDENS CAPRIMULGUS erat, eumque atrocissimorum quorundam criminum inculabant. Deieritur igitur res ab illo ad Senatum Hamburgensem cum annexa petitione, ut secundum statutorum illorum Jus, in nefandarum calumniarum autorem animadverteteretur. Annuit Magistratus æquissimo ejus petitionem, inquisitionemque mandavit judici Præsfecto (*dem Gerichts-Verwalter*) ut videre est ex *Appendice Apologiae sub num. 1.* Publice insuper Decretum ad curiæ valvas affigi curavit, in quo cuilibet autorem deferendi facultas cum præmio 100. Imperialium concedebatur. Secundum præscriptum *l. un. de famos. libell.* lubet ipsa ejus Decreti verba annectere: Nachdem E. E. Rath klagen fürgekommen, wie daß zwey anzügliche einer Pasquillen ähnliche Schrifften, deren eine ALITOPHILUS, und die andere RUDENS CAPRIMULGUS genannt, in Druck ausgegeben, und allhier öffentlich verkauffet worden seyn. Und dann solches in einer wohlbestaltten Republic nicht zu dulden, sondern billig, der Gebühr nach, ernstlich zu straffen. Also thut E. E. Rath hiermit männlich kund und zu wissen, daß, wer denselbigen, welcher obgedachte zwey Schrifften erdichtet, oder Rath und

That darzu gegeben, dem ältesten Herrn Gerichts-  
Verwalter nahmkündig machen, und anzeigen wer-  
de, dessen Namme verschwiegen bleiben, und demsel-  
bigen darneben 100. Reichs-Thaler zur Verehrung  
gegeben werden sollen &c. Sub dato, Actum & De-  
cretum in Senatu, publicatumque sub signeto Anno  
1671. d. 5. April.

§. VI.

Toties vero per Praetoris Civici lictorem quaesi-  
tus, & in valvis Curiae Hamburgensis publice citatus,  
non tamen comparuit auctor. Cum igitur eum com-  
prehendendi, omnis spes vana evaderet, a Senatu li-  
bello supplici contenderunt Fiscales; ut poenam reo  
statutam in famosis libellis, exequerentur. Uti facile  
colligere B. L. potest ex supplici illo libello sub num. 4.  
cujus summa haec; Was massen &c. Wenn aber ei-  
ne geraume Zeit verstrichen, daß solches Mandatum  
angehangen, bishero aber keiner, ungeachtet der  
Belohnung sich angegeben, wie auch, wie die Sache  
werth und billig, bey vielen weder Mühe, noch Un-  
kosten gespahret, dieses Satans-Kind mit seinen  
Complicen gründlich und unfehlbar zu erkundigen,  
daher nicht leichtlich zu vermuthen, daß man des Au-  
toris halber Gewisheit erlangen werde, und gleich-  
wohl also bloßer Dings nimmermehr gelassen wer-  
den kan oder muß, in Betrachtung wenig darvon in  
der Frembde bekandt, das, was geschehen sey, da-  
hero hochnöthig, daß eine rechtmäßige publica de-  
mon-



monstratio des Mißfallens geschehe , und mit was Ungedult solcher Greuel aufgenommen sey , ferner kund werde , auch an andern Orten üblich und gebräuchlich , wenn der Thäter nicht zu finden , die Bestrafung an den Exemplarien , so zu finden oder bey Händen seyn , vorgenommen und procediret werde , und nichts von deme , so geschehen kan , hinterbleibe oder unterlassen werde . Solchemnach gelanget an E. Wohl-Edl. Hochgel. Hochw. Herrl. unser unterdienstliches Suchen und Bitten , dieselbigen geruhen Großgünstigst die Schand-Papiere , so viel derselben zu Händen geschaffet werden können , wohlverdienter massen , zu Bezeugung ihres Eysers , und zum Schen anderer , so diesen Exempel folgen möchten , durch den Bittel öffentlich nach Belieben für dem Rathhause , wann es Börsen Zeit , verbrennen , und darvon ein Exemplar an den Galgen nageln zu lassen . Solches gereichet ic. Hamburg Anno 1671. Simili in casu pronunciavit Facultas Juridica in Illustri Academia Francofurtana ad Oderam Mens. Maj. Anno 1674. ad consultationem Senatus Magdeburgensis , his verbis : Das angeflechte Pasquill aber , würde so dann , und wann solcher Gestalt bey im mittelst zu weiterer Inquisition nicht ereigneten neuen Indiciis , sich der Proceß endigen , und der oder die rechte Authores des Pasquills nicht ans Licht sollten gebracht können werden , andern zu einem stetigen Denckmahl , und kräfttiqer Abmahnung von dergleichen unchristlicher Beschimpffung seines Reich-

sten , durch den Scharfrichter öffentlich , nicht unbillig verbrandt , quam sententiam calculo suo approbavit Illustre Collegium Juridicum in hac Salana Mense Augusto , dicti Anni. Eidem laudatissimo Senatui ita respondens : und würde den Rechtskräftigen Urthel zufolge , nunmehr von den Scharfrichter die Execution mit Verbrennung der Pasquillen werckstellig gemachet &c.

CAPVT VII.

*De similis executionis usu in militia.*

§. I.

**I**nter Jura , quæ severe delicta vindicare jubent , principem locum tenet Militare. Nam nisi poenis contineatur miles , dilabitur disciplina , præcipuum illud decus ac stabilimentum Imperii , quæ antiquior fuit parentibus Romanis qua charitas liberorum. *l. 19. ff. de captiv. & postlim.* crebro igitur exemplo opus est , ut licentia castrorum coërceatur , & impunitatis spes , quæ maxima ad peccandum illecebra est , per severas animadversiones adimatur. Elegans hac de re *Vegetii* præceptum est *lib. 2. cap. 7* quo Principem instruit , eumque monet omnibus Imperii nervis , ad revocandam pristinae militiae disciplinam conniti , omnesque culpas militares , LL. vindicare , nec ulli errantium ignoscere. Cum quo convenit illud *Taciti lib. 13. Annal.*

nal. cap. 35. Delicta militum nulla venia prosequi,  
usu salubre, & misericordia melius semper apparuit.  
Vid. Lips. Polit. lib. 5. cap. 13. num. 85. Schanborn. lib. 6.  
cap. 29.

§. II.

Varia igitur & propria quædam ignominiarum  
genera non modo veteribus excogitata, sed nostris  
etiam temporibus, quibus militaria flagitia castigantur.  
Nota est, & mihi quoque hic brevibus tangenda affi-  
xiō nominis ad patibulum, quæ pœna in illos consti-  
tuta est, qui signa sua deferunt, aut in castra hostium  
transeunt.

§. III.

Cum quis ergo criminis desertionis reus est,  
quod capite puniri II. jubent. l. 6. §. Desertor. l. 10. pr.  
ff. de re milit. ac contumax extitit, ejus, tanquam cri-  
minis convicti, nomen ex furca suspenditur, & pœnæ,  
quæ alioquin præsentem infligeretur, infamia, sic quo-  
que in absentem redundare intelligitur. Sufficiet no-  
bis hac de re in exemplum adduxisse LL. militares  
Christiani IV. Daniæ Regis, in Kriegs- & Artickels-  
Brieffe. Art. 29. in m. So einer entweder zum Fein-  
de oder sonst hinweg gelauffen, darvon soll der  
Feld- Marschall, und die andern Officier Recht  
über ihm halten, und zu Ross und Fuß durch ein  
Ausblasen und Trommelschlag ihn vor Feldflüchtig  
erklären, und soll ihm alsdann zugleich ein Gerichts-  
Tag



Tag angeſezet werden, ſtellet er ſich ein, und ſeine Entſchuldigung findet alsdann ſtatt, iſt er frey, bleibt er aber aus, ſoll er Ehrlos erkandt, und ſein Nahme am Galgen geſchlagen werden. Wer wiſſentlich mit ſolchen umgeheth, in was Kayſerthum und Königreich es auch ſeyn möge, ſoll ſolchen verlauffenen Schelme gleich geachtet werden. *Fid. Petrus Pappus in Corpore Jur. Milit.*

## CAPVT VIII.

*De aliis delictis, in quibus Executio in Effigie adhiberi ſolet.*

### §. I.

**D**enique hanc noſtram executionem non tantum in enumeratis hiſce criminibus, quibus ipſum crimen morte rei non extinguitur, verum etiam in aliis obtinere, dubio caret. Et ſane Gallis hæc noſtra executio in effigie communis eſt contra omnium fere criminum reos, eosque vel privative vel negative abſentes; hoc unico ſaltem adhibito discrimine, quod in levioribus delictis factum ſaltem tabulis inferatur, quæ deinde ad patibulum aſſiguntur. Hinc quam ſæpiſſime iſtiusmodi tabulas Lutetiis Pariſiorum videtis, ex quarum utraque parte & facti ſpecies ſcriptura & animadverſionis modus pictura exprimitur.

### §. II.

§. II.

Nec nostra patria caret exemplis, ubi in leviorum criminum reos post mortem eorum animadversum fuit, sic enim in causa furti pronunciatum contra perfidum Quæstorem, ad Potentissimi Electoris Saxoniae requisitionem *Mense April. A. 1613.* So hat er durch solche Veruntreuung die Straffe des Stranges verwürcket, und weil er diese Gelegenheit genommen, daß er sich selbst erhencket so wird nunmehr nichts weniger, wegen solcher seiner Veruntreuung und Betrugs, weil er auch seines bösen Gewissens halber sein eigener Hencker worden, ihn selbst das Leben eigenthätlich genommen, und sich umgebracht, auch andern dergleichen, welche aus leichtfertiger Kühheit die zeitliche Schmach und Pön, so sie wegen ihrer verübten Verbrechen verdienet, höher, als ihren Leib und Seel achten, zum Abscheu und Exempel, damit ihnen gewehret, und sie hierdurch gleichsam abgehalten werden, ihnen ihr Leben, wegen der schmählichen Straffe, so nach ihrem Tode an ihnen vollstreckt wird, eigenthätlicher Weise selbst zu nehmen, sein todter Körper an Galgen öffentlich gehencket. *B. N. W. Idemque contra latronem eodem Mense ac Anno.* Und wann er gleich von solcher Beschädigung, ehe und zuvor solcher Rechts-Spruch ankommet, versterben möchte, würde nichts weniger sein todter Körper, weil er sonst das Leben, so ihm durch Urthel und Recht aberkandt, verwürcket, an die Freystatt oder ans Verichte geführt,

H

und

und daselbsten auf ein Rad , andern zum Exempel  
und Abscheu billig geleyet und geflochten , ubi re-  
sponsum est ad Consultationem Quæstoris Torgensis.

§. III.

Alius etiam casus legitur de eo, qui herum suum  
interfecit, quod Lipsiæ contigit, ubi ejusmodi criminis  
rei cadaver rotæ impositum testatur *supr. cit. B. D. Ro-  
manus*. Hujus equidem crimen usque ad mortem ejus  
occultatum fuit, verum in agone mortis conscientia  
terrore compulsus, ipse sacerdoti illud aperuit, ea ta-  
men lege, ne ante elapsum annum, quisquam ex eo  
resciceret; quo elapsò pastor id denunciavit, ac inde  
lata in eum sententia, erutum cadaver rotæ impositum  
est. Et hunc morem fere communem hodie esse, te-  
stis est *Theodor. Coll. Crim. cap. 10. num. 9. in f. adde Mol-  
lenb. Divis. Jur. Cent. 3. Civ. 85. num. 3.*

§. IV.

Plura vero exempla, uti hæc nostra executio in  
effigie adhibita, qui desiderat, adire potest *Job. Sleidan.  
Tr. de Stat. Relig. p. 64. p. 68. p. 86. p. 158.* & alibi pas-  
sim, ut & *Gothofred. in Chron.* & alios. Hæc pro in-  
stituti nostri ratione sufficient.

Deo vero Trino & uni grates æternæ.

ΠΑ-

## ΠΑΡΕΡΓΑ.

### I.

Legati sunt inviolabiles.

### II.

Impia sunt bella, & J. G. illicita, quæ non armis, sed venenis geruntur.

### III.

Qu. An Christianis cum Ethnicis contra Christianos foedera contrahere liceat. N.

### IV.

Jus Vicariatus etiam in casu absentis Imperatoris Palatino & Saxoni competit.

### V.

Testamentum minus solenne, ne quidem in foro conscientiæ obligat.

VI. Tor-

VI.

Tortura Æquitati Naturali non repugnat.

VII.

Qu. An cruentatio cadaveris occisi prohibet occisorem. N.

VIII.

Fœmina semel a masculino exclusa, exclusa semper non censetur.





Jena, Diss., 1692 (S/2)

ULB Halle 3  
002 429 918




80

V077







B.I.G.

Farbkarte #13



*Tr. 35 num. 12*

*6*

TORICO-JVRIDICA

TIONE  
FIGIE

MEO SALANO  
AESIDIO

*1692/20 C*

S STRVVII,

ISQVISITIONI

MISSA,

S LOCIS CORRECTA  
VCTA

TORE

O GERHARDO

S. à S.

RECUSA.



VAE,

RGGRAFIANIS.

*720-1740*

